

The Digital *Viridarium consolationis* Project

Pars 4: De aliis virtutibus Caput 7: De dilectione proximi (9)

Anselmus:

In cruce multiplicavit deus dilectionem suam,
et ideo in faciem Christi spuit,
qui iniuste fratri suo verba contumelie obicit,
faciem autem domini alapis ille cedit,
qui non tantum verbo, sed etiam opere proximo suo iniuriatur,
ipsum ledendo faciem Christi velat, qui contra fratrem suum,
odio vel livore, cor suum obdurat,
fel et accetum in spongia domino porrigit, qui in cavernoso corde,
verba fraudulenta proponit, lancea perforat latus Christi,
qui malum contra proximum suum cogitat,
manus Christi cruci affigit qui promptus et velox ad malum currit.

[fons nondum repertus]